

Franckesche Stiftungen zu Halle

**Joh. Andr. Qvenstedii, SS. Theol. D. & Prof. Publ. Ordin. in
Acad. Witteberg, Ethica Pastorum, & Instructio Cathedralis,
sive Monita, Omnibus ac ...**

Quenstedt, Johann Andreas

Wittebergæ, 1708

VD18 13565508

Caput VII. Varii Locorum Communium colligendorum modi, à Viris doctis partim
monstarti, partim usurpati.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213082](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213082)

RATIO LEGENDI AVTORES

Fab. Quintilianus Lib. X. Institut. Orat. cap. 2. *Aquam de tuâ bibas cisternâ, monet Sapiens ille,* (inquit *Erasmus* de ratione ver. Theol. pag. III. T.V. Oper.) *ut non necesse sit, aliunde rogare.* Tua ergo & à te collecta tibi erunt utilisima, aliorum fidere excerptis & collectaneis, non semper tutum est. Id tandem firmiter retinemus, quod nostro ingenio & sudore paravimus.

§.5. Multi ingentia volumina & grandes tomos consuunt, quibus, quicquid legunt, audiuntve, ordine arbitrario & tumultuario consignant. Hercules hic labor est, fateor, sed inanis; Illo enim memoriæ aut iudicio parum consulitur. Regulatum enim iudicium ibi esse nequit, ubi est confusio, nec memoria distincta, ubi rerum mixtura.

CAPUT VII.

Varii Locorum Communium colligendorum modi, à Viris doctis partim monstrati, partim usurpati.

§.1. Quidam nullum peculiare volumen Locis Communibus colligendis destinant, sed ad Systema aliquod Theologiæ sive Scriptorem Practicum, qui ad Pietatem mores vel conscientiam informat, interfertis chartis puris,

puris, & ἀξιωματικώτερα annotant. Alii tres ped-
culiaries Codices, alii duos, alii unum rebus ex-
cerptendis constituunt.

§. 2. *Justus Lipsius* in *Epistolica Institutione*
cap. XII. fieri jubet libellos triplices, unum *For-*
mularum, alterum *Ornamentorum*, tertium
Dictionis. Sed hæc, ut benè monet *Drexelius*
Aurif. art. & scient. part. I. cap. 4. in fine, fere
tantum *Epistolis* scribendis faciunt.

§. 3. Jam dictus *Hier. Drexelius* in part. II. *Au-*
rif. cap. 3. Tres dicit faciendas esse Excerpto-
rum classes; quarum primam vocat *Lemmata*,
Secundam *Adversaria*, Tertiam *Historica*. Ad
Lemmata refert, quicquid *Historia* non est, &
fused non exscribitur, sed annotatur tantum au-
tor, qui hujus vel illius rei mentionem facit,
liber, caput, paragraphus, pagina. Ad *Adversa-*
ria spectare ait, quicquid *Historia* non est, sed
tamen, (nota discrimen à priori) paulo fusius
exscribitur. Ad *Historica*, inquit, spectat, quic-
quid *Historia* est, vel (ut *pueri loquuntur*) exem-
plum, sive id fusius scribatur sive non. Tribus his-
ce classibus triplicem accommodat Indicem
Drexelius in uno libro chartaceo, sed separato
contentum. Et notandum monet, in his tribus
classibus nihil attendendum esse ad ordinem,
sed quo res loco veniat, eo recipiendam in sole
Indi-

Indi-

RATIO LEG. AVT. & L. C. COLLIG.

Indice ordinatam Alphabeti seriem esse observandam. Ast ita commiscuntur stellæ & Pisces, aër & aqua, cœlum & terra; Suntqve Ejusmodi Loci Communes nihil aliud, quam variarum rerum dispersæ particulæ. Nulla enim materia plene uno in loco invenitur.

§. 4. *Dr. Christoph. Schraderus*, Eloquentiæ Professor in Acad. Julia Celeberrimus, Præceptor quondam meus fidelissimus, eandem methodum Drexelianam ante quadraginta annos proponebat, sed paulo aliter rem ordinabat. Tria enim similiter Volumina, ut conficerentur, jubebat; 1. *Entbymematum*, 2. *Historiarum* seu Exemplorum, & 3. *Moralium*. In Volumen *Entbymematum* referenda sunt Sapientum Virorum Sententiæ, dicta, ritus prisca, descriptiones rerum insigniores; in summa: Qvicquid non est Virtus aut vitium, aut Affectus aut Historia. In volumen Exemplorum conjiciuntur facta singularia sive Historiæ memorabiles, huc pertinent Fabulæ, Apologi, Parabolæ. Ad volumen *Morum* referuntur *in rei pte* i. e. virtutes & vitia, omnes Animi affectus, & quæ ad eos vel sedandos vel excitandos pertinent. Hisq; tribus Voluminibus æqvè ac Drexelius unum Indicem constituit, cum his notis discretivis, ut & notet codicem *Entbymematum*, Grecum

cum

cum ω . Codicem $\omega\gamma\alpha\delta\epsilon\gamma\mu\acute{\alpha}\tau\omega\nu$ seu *Exemplorum*. M. volumen *Moralium* v. gr. si hic titulus, *Superbia est fugienda*, habeatur in Codice *Moralium*, additur in Indice, vide M. (*Moral.*) pag. &c. si in Volumine Exemplorum occurrat, additur in Indice, vide π . (*Paradeigm.*) pag. &c. Juxta hanc Methodum in Codicem *Enthymatum* vel *Moralium* vel *Exemplorum* refertur omne id, quod notatu dignum est, prout quidlibet in Lectione Autorum occurrit, e. g. si hodie aliquid legatur de Senectutis incommodis, constituitur hic titulus; *Senectutis incommoda* & sententia, vel historia subjicitur. Si cras de bello aut pace aliquid sese offerat, novus constituitur titulus, & sic porro. Sed & hic ordo comitem habet quandam confusionem.

§. 5. D. Lucas Ofiander in *Admonit. de Studiis privatis rectè instituendis* loc. supra alleg. pag. 100. non tria distincta, Sententiis, Moralibus & Exemplis, constituit volumina, sed omnibus hisce unum librum assignat, inquit; *Minister Ecclesie sibi librum paret ex charta pura, in quo annotet precipua & insignia dicta, exempla, argumenta & alia, quæ præ aliis memorata maxime digna judicaverit &c.* Et post pauca; *Ego simplicissimam rationem esse puto, si quis*
pri-

pri-

RATIO LEGENDI AUTORES

*primum quemque locum, qui incipienti hoc opus
occurrerit, primo statim folio cum suo titulo in-
scribat, secundum, (qui est diversi argumenti)
secundo folio, tertium tertio, & sic consequenter.
Ita non opus erit magno volumine. Opus au-
tem fuerit, ut singula folia numeris ordinarie
signentur, & ut pramittatur Index, qui sub liti-
ris Alphabeti ostendat, quo folio quisque locus
reperiatur. Quod si locus aliquis suum foli-
um totum compleverit, in fine folii scribat hac
verba: Reliqua quare hoc vel illo folio. Itaque
reliquum proximo folio, quod Vacuum fuerit, in-
scribat, & sic pergat.*

§. 6. Eandem Locos Communes conficien-
di rationem proponit & svadet D. Leonhardus
Hutterus in Consilio de Studio Theologico re-
cte inchoando Observ. VI. ita quidem, ut hic
ex illo sua descripsisse videatur. Vide pag. 412.
seq. in Meth. conc. D. Hülsemanni.

§. 7. B. Meisnerus in Instructione de Lectio-
ne Bibl. & Locis Communibus rite instituen-
dis num. II. Duplices Locos Communes The-
ologicos confici posse, ait; 1. *Præcticos*, in quibus
materiæ homileticæ & 2. *Theoreticos*, ubi con-
troversia colliguntur. *Locos Præcticos* vult
ut conficiant Studiosi secundum titulos Alpha-
betarios, ad modum Polyanthæ Langii, ita ut
inde

inde

ET L. C. COLLIGENDI.

inde tituli describantur, atque ad illos memoratu digna referantur &c. In *Locis Controversiarum* sive Theoreticis adornandis optimum esse judicat, ut singulis controversiis tribuantur distincti quaterniones aut octerniones iique non compacti, sed tantum literis Alphabetariis notati, ut semper plures possint vel interferi vel in fine adjungi.

§. 8. Extat Anno hujus Seculi IX. Dresda excursus Index Geminus, Thesauro Locorum communium Theologicorum præmittendus; quorum prior confectus est juxta seriem Catechisticam, posterior secundum seriem Alphabeticam. Adjecta est Hypotyposis, in qua Simplicioribus dictorum Locorum colligendorum ratio monstratur. Sed in his Indicibus plurimi omisi sunt tituli, qui in Theologia præsertim Homiletica locum & usum suum habent.

§. 9. *Salvo aliorum judicio, inquit B. D. Hulsemannus in Methodo Studii Theolog. pag. m. 323. Videtur Alphabeticus ordo mihi esse facilior, non simplex, sed mixtus ex ordine Locorum Theologicorum, Historicorum, Chronologicorum &c. & Alphabetico; ut v.g. vox Transubstantiationis peculiarem quidem rubricam constituat, & non ad Eucharistia aut Sacramenti titulum*

tulura